

Oratio pro ca  
deles:habita iu  
& domini no  
dētia papæ. VI  
num Petrum c  
sem CameraæA  
palatii apostol  
ccccxc. In die A  
quæ ad incoha  
ditiōe hmōi de  
indicta.

**P**osui  
sime/  
tam &  
quibus q  
sensus &  
prona sunt ab  
ribus inuoluti  
omnipotens de  
præfacit eis p  
perductos / a lu  
pastores eo dil  
ram haberent/  
dituros esse rō

9c. 34  
lis Prophetæ c  
requirā greger

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

95

fi  
is  
i/  
ni  
n/  
la  
M.  
s:  
e/  
at  
if/  
i/  
a/  
na  
lū  
le  
r/  
as  
ū  
ūt  
cu  
d/  
ie  
es  
er

53 95  
Oratio pro capeffenda expeditione contra infi-  
deles:habita iuffu Sanctiffimi in Chrifto patris  
& domini noftri dñi Innocentii diuina proui-  
dētia papæ.VIII. per Reuerendū patrem domi-  
num Petrum de Vicentia Epifcopū Cæfenaten-  
fem Camerae Apoftolicæ Auditorem:In Capella  
palatii apoftolici Anno a natiuitate domini.M.  
ccccxc.In die Annuntiationis Beatæ Virginis:  
quæ ad incohandā congregationem fuper expe-  
ditiōe hmōi de mandato fuæ Sanctitatis fuerat  
indicta.

POfuit deus ante homines Pater Beatif-  
fime/aquā & ignem/bonū & malū/ ui-  
tam & mortem/definiens eis certa tpa/  
quibus quærerēt creatorem fuū. Verū quia  
fensus & cogitatio humani cordis in malū  
prona fuit ab adolefcentia fua/ne homines fcele-  
ribus inuoluti/ luporum dentibus laniarentur/  
omnipotens deus uelut optimus Paterfamilias  
præfacit eis pastores: qui illos a malo ad bonū  
perductos/a luporū moribus tutarentur. Vt autē  
pastores eo diligentius ouium fibi cōmiffarū cu-  
ram haberent/qđ fcirēt fe pro illis altiffimo red-  
dituros effe rōnem:admonuit eos per os Ezechie  
34. 34. lis Prophetæ dicens:Ecce ego ipfe fuper pastores  
requirā gregem meum de manu eorū. Quod uer

bum Sanctitas tua prouide considerans / inspe-  
xit magnā Christianorū multitudinem / sub cru-  
deli infideliū iugo constitutā / uesana lege Mau-  
methi & turpissimis infideliū moribus oppressā  
periclitari. Doluisti igitur sapius & ingemuisti /  
ac plurimas noctes duxisti insomnes: dum ple-  
rūq; oēs cogitationes tuas ad id unum cōuertisti  
ut illorū calamitati occurreres. Qd̄ cum nō aliter  
fieri posse perspiceres / q̄ sublatis bellis ciuilibus /  
quæ tunc inter Christianos principes existe-  
bāt: primū inter Italos pacem cōfecisti & fouisti: quā  
ut stabilem diuturnāq; cōseruares / quædam nō  
mediocria ad ecclesiā Romanā spectantia sciens  
ac prudens recuperare distulisti: ne minus bonū  
maiori anteponeres: sed causam fidei cæteris re-  
bus (ut par erat) præferres: sperās diuina instiga-  
tione futuræ: ut & illi Ecclesiæ Romanæ satisfa-  
ciant put debent: & cōmunem Christianorū cau-  
sam aduersus immanissimos fidei hostes una cum  
reliquis relligiosis principibus suscipiant. Pace  
itaq; in Italia cōposita: oēm animi tui affectū ad  
bellicos motus inter occidentales principes se-  
dandos / pacēq; ineundā conuertisti. Qd̄ tandem  
benignissimus deus: Christianorū misertus cala-  
mitatū: post longos bellorum tumultus / hoc tuo  
felicissimo tpe iam pro magna parte Reip. Chri-  
stianæ largitus est: & reliquum breui concessurū

sperat. Quā rem ut primū p̄cepisti / summo du-  
 ctus gaudio / oēs Christianos principes lris / nun-  
 tiis / & precibus euocasti: ut una ad deliberandū  
 sup̄ capessenda aduersus infideles expeditione /  
 cōuenirent. Paruere illi ceu Christianissimi: ad-  
 sunt pleriq; eorū oratores / & alii indies aderunt /  
 de hac expeditione consulturi. Vnde iniunxit mi-  
 hi Sāctitas tua / ut ob quas causas bellū hoc uti-  
 le & necessariū esse existimasti / in mediū afferre:  
 quas nō quidem pro dignitate ac magnitudine  
 rei: sed pro uirib⁹ ingenioli mei (ut potero) enar-  
 rabo. Qd̄ ut facilius assequar p̄sidiū Gloriosæ  
 Virginis Mariæ (cuius Annūtiationis hodie so-  
 lennia celebrantur) suppliciter inuocās sub silen-  
 tio dicam: A V E . M A R I A .

Vimma omnium prophetarum & sacro  
 sanctæ legis Christianæ: ut ait Domi-  
 nus in Euangelio / in duobus consistit:  
 In dei uidelicet dilectione: & proximi. Et iterum:  
 Hoc est p̄ceptum meum: ut diligatis uos in-  
 uicem: sicut dilexi uos: in hoc cognoscent omnes  
 quia discipuli mei estis: si dilectionem habueri-  
 tis ad inuicem. Ista autem dilectio (ut admonet  
 nos beatus Ioannes in Epistola) non debet esse  
 uerbo aut lingua: sed ope & ueritate. Vnde ibidē

*in act. 22. 3.*  
*Jun. 15*  
*13*  
*1. Jun. 2*

subdit: In hoc cognoscimus caritatem dei / quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Is autem qui (ut potest) proximum suum ab oppressione & calamitate non liberat / & si uerbo Christianus esse uideatur: re tamen ipsa & ueritate infidelis / & a christo alienus existit. Cum / ut in eadem epistola legitur / qui habuerit substantiam huius mundi / & uiderit fratrem suum necesse habere / & clausit uiscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo. Et iterum: Qui dicit se nosse deum & mandata eius non custodit / mendax est: & in hoc ueritas non est. Et Beatus Jacobus in epistola: Fides si non habeat opera mortua est in semetipsa. Et Apostolus ad Romanos. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Adeo autem quilibet Christianus tenetur (in quantum potest) subleuare oppressos: ut sacri canones affirmant / quod negligere / cum possumus perturbare peruersos / nihil aliud sit quam fouere: & quod non caret scrupulo societatis occulte / quod manifesto facinori desinit obuiare. Itaque cum tantam fortitudinem & potentiam / Christianis principibus deus dederit: ut cunctis uiribus possint eripere / & liberare / infinitum quodammodo Christianorum populum / qui in corpore / & anima sub dira infidelium seruitute conteritur. Necessarium est cuilibet Christiano (quoad potest) calamitatem

1. Ioa. 3

Jacob. 2

Ro. 2.

Can. 86. dis.  
.c. facient.  
Zoro. 87.

tati illorum occurrere: alioquin neq; Christianus esse potest: & nisi digne poeniteat, nullo mo pote rit uitam aeterna assequi. At dicet aliquis: facile acqritur regnu caeloꝝ: baptizatus sum: confitebor peccata. deus miserebit mei. Sed audiat iste Beatu Petru in epistola clamante: Si iustus quidem uix saluabitur/ impius & peccator ubi pare bunt. Et Paulum in actibus Apostoloꝝ: Qm per multas tribulationes oportet nos intrare in re gnū dei. Et Dñm in Euāgelio: Arcta est uia quæ ducit ad uitā: & pauci sunt q inueniunt eam. Et iterum: Nō ois qui dicit mihi domine dñe/ intra bit in regnū caeloꝝ: sed qui facit uoluntatem pa tris mei q in caelis est: ille intrabit in regnū caeloꝝ. Beatissimi apostoli & alii sancti patres fame/ si tim/ nuditatem/ tormenta/ mortes/ & caetera etia (quæ uulgo mala & calamitosa appellant) ultio excæperūt. qd̄ uix fecissent si absq; illis aut aliis sanctis operib⁹ potuissent ad caelestem patriā cō uolare. Quomodo igit putas tam facile te regnū caelorum acquirere? num forte te pluris existi mas apud deū/ q̄ illos qui cum dño nostro Iesu Christo educati/ amici & fratres eius (ut Euange lium testatur) appellari meruerunt. Memento q; Dominus in Euangelio inquit: Nisi abundaue rit iustitia uestra plusq; scribaꝝ & phariseoꝝ/ nō intrabitis in regnū caeloꝝ. Et iterum: Nisi conuersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli: nō intrabi

Dub 7

B<sup>iv</sup>

. i. pe. 4.

. c. 14

mat. 7

dy

*[Faint handwritten notes]*

Joan 3

mat. 5. 6

mat. 5. 12

Joan. 12

tis in regnū cælorū. Et rursus: Qui uoluerit aīam  
 suā saluā facere perdet eam; & qui pdiderit aīam  
 suam propter Christū, inueniet eam. Misericors  
 est deus, profecto misericors: sed etiā iustus. Un-  
 de & misericordiæ & iustitiæ satisfieri oportet.  
 Vox dei est quæ in Apocalipsi & alias sapius di-  
 cit: Et reddā unicuiq; iuxta opera sua. Nulla igitur  
 superest dubitatio, quod Christianus qui in  
 q̄tum potest pximo suo nō succurrit (nisi digne  
 pœniteat) nequaquā saluabitur. Quare si re ipsa &  
 nō uerbo tm̄ Christiani esse cupimus: si Christū  
 diligere, & eius sanctā legē seruare intendimus:  
 si ad regnum cælorum peruenire desideramus;  
 quomodo patiemur sanctā ciuitatem Hierosoli-  
 mā; & sacrosanctū Iesu Saluatoris nostri sepul-  
 chrū; & tam ingentem Christiani nominis popu-  
 lum a spurcissimis fidei hostibus diutius coin-  
 nari & atteri. Inspicite obsecro ecclesias sanctas  
 dei, nephariis infideliū actibus pollutas. Videte  
 miserabiliū Christianorū catenas & manicas fer-  
 reas. Considerate amarissimas eorū lachrimas.  
 Audite inestissimas uoces. Implorāt illi princi-  
 pes Christianos: circūspectant undiq; siquid usq;  
 appareat auxilii miseris. Vbi igit̄ est dilectio no-  
 stra erga Christum? Vbi caritas erga pximum?  
 aut si Christū & proximos diligimus: cur cōmu-  
 ni consilio, unitis uiribus, proximorū & fidei cau-

Labore quæ  
 potius iust  
 turis ab.

lam tuendam / non suscipimus: arma capimus.  
Quid cunctamur? cur (ut ait Aplūs) quēadmo-  
dum exhibuimus mēbra nostra seruire imundi-  
tiae & iniquitati: nunc nō exhibemus illa in cau-  
sa Christi in causa pximorū nostrorū: imo in cau-  
sa totius Reip. Christianae. Aetas nostra ad sum-  
mū uix / ut ait Propheta / septuagesimū aut octua-  
gesimū egreditur annū: puluis sumus / & in pul-  
uerē reuertemur: Nōne sanctius esset ut hanc ui-  
lem carnem: quā omnino uelimus nolimus / bre-  
ui tpe exuemus: pro Rep. nostra pro domino no-  
stro Iesu Christo: & p aeterna uita / tribueremus:  
quam si in hoc uoluptuoso & illecebri saeculo ali-  
quantisper demorati in ppetuam damnationem  
labamur: ubi erit fletus & stridor dētiū: ac ignis  
inextinguibilis. Quid tunc proderūt nobis diui-  
tiae: qd delitiae. Ut. n. beatus Iacobus in epistola  
inqt: Aurū & argentū nostrum eruginabit: & eru-  
go eorū in testimonium nobis erit: & manduca-  
bit carnes nras / sicut ignis: thesaurizam⁹ nobis  
iram in nouissimis diebus. Quae pleriq; ex ma-  
ioribus nostris intuentes: memores uerbi domi-  
ni nostri Iesu Christi dicentis in Euangelio: Si  
quis uult uenire post me: abneget semetipsum /  
& tollat crucem suam & sequatur me: ceu ueri  
Christi cultores / & proximorum dilectores: ut  
regnum caelorum acquirerēt: accepto signo cru-

*signa crucis euangelizator.*

urbano .i. ppe tpe . arate . 300 mil comitadores

urbano .2.

gottifredo  
balduino  
hugo

70. annis po  
psta . tpe . 1201  
fuerit

lu. 2.

cis/in hanc sanctam expeditionem perrexerunt. Ad qua hodie omnes Christianos Sanctissimus dñs noster Innocentius uocat: sequens exempla prædecessorū suorum. Constat equidem qd cohortante fe.re. Urbano .ii. circiter trecenta milia hominū: signo salutiferæ crucis signata fuere: q sub Gottifredo, & Balduino, & magno Hugone Philippi Regis Francorū fratre: ac Boemundo Roberti Guiscardi Neapolitanorū regis filio: aliisq; præclarissimis ducibus Asiam petentes: ne dum Antiochiam/ in qua Christianorū nomen olim initiū habuit/ cū ingēti gloria & laude ceperūt. Verū etiā Hierosolimā aliasq; plures isignes ciuitates & loca/ Christianorū ditiōi subegerūt: quas annis circiter septuaginta a nobis possessas/ itere exigentibus culpis Christianorū ammissimus. Interim autem cū Alaph genere Turcus Babiloniorū auxiliis fretus/ Edessam Mesopotamiæ ciuitatem (in qua olim regnauit Abagarus q epistolā manu præciosissima dñi nostri Iesu Christi scriptam accipere meruit) ui & armis occupasset: sedente Lucio .ii. Pont. Conradus Sueuus Romanorū & Ludouicus Francorū reges: cū magno cruce signatorū exercitu/ in Asiā profecti sunt. Post quæ tpe Clamētis .iii. Federic⁹ prim⁹ Romanorū Imperator/ Philipp⁹ Francorū/ & Riccardus Anglorū reges/ sanctæ huic expeditōi se adiunxerūt.

urbano .i. ppe tpe . arate . 300 mil comitadores

Deinde sub Innocentio.iii. Honorio etiam tertio  
 aliisque pluribus Summis Pontificibus / & nouissi  
 me ætate nostra sæpius super hac expeditiõe agi  
 tatum est: quæ omnia numerare dies nõ suffice  
 ret. Ad eã igitur expeditiõem / Christifideles San  
 ctissimus dñs noster Innocentius uocat / inuitat /  
 & hortatur: quam fere ois multitudo maiorẽ no  
 strorum necessario faciendã esse existimauit: &  
 quã si Christiani esse / & regnum celoꝝ acquirere  
 uolum⁹ ommittere & præterire nequaquã possumus:  
 Sed cū pleriq; ex uetustioribus / nullã uitæ æter  
 næ spem habentes / pro solis caritate erga patriã /  
 & temporali laude / labores quoscunq; / uulnera /  
 & mortes libentissime excæperint: ut Horatius  
 Cocles: Mutius Sceuola: Curtius: Fabritius: Ca  
 millus. M. Attilius: duo Decii: & Brutus primus  
 consul: & Manlius Torquatus: qui etiã propriis  
 liberis nõ pepercerunt: Scipiones: Fabii: Aemiliũ  
 Zopyrus Perses: Codrus Rex Atheniensiu: Leo  
 nidas Spartanus: & omnis illa iuuentus cãnis  
 consumpta: aliiq; multi Romanorũ / & aliarũ gen  
 tium / quos docent ueterũ historiæ. Vos Christia  
 ni si Christũ diligitis: si Remp. Christianam sal  
 uam cupitis: si in Christo uitã æternã speratis:  
 qua mente / quo uultu / quibus oculis intueri po  
 testis: tot insignes ciuitates: puincias & impia:  
 in quibus populus Christianus degere / & euan

*protēz aliq;  
 riam mada  
 multi.*

*et Arny*

gelium sanctū prædicari confueuerat: a spurcissi-  
mis hostibus nōis Christiani diutius occupari:  
Pudendū profecto esset: plus gentiles p̄ eorum  
Rep. & inani gloria: q̄ nos pro Rep. Christiana:  
proq; uera gloria & uita æterna / facisse. Itaq; si  
Christiani uere: imo si uiri sumus hāc sanctā ex-  
peditionem omittere nequaq; possumus. In qua  
si tota mēte / ut Christianos dec& / occuparemur:  
abessent p̄nitiosa bella ciuilia: cessarent luxus &  
fœdæ uoluptates: deessent cætera uitia quæ ple-  
rūq; ex ocio initiū sumūt. Nam Sapiēs ait: Mul-  
tam malitiā docuit ociositas. Et Dñs p̄ Ezechie-  
lem: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ /  
supbia / saturitas panis / & ocium ipsius / & filiarū  
eius. Et in Deuteronomio legitur: Incrassatus est  
dilectus / ipinguatus / dilatatus & recalcitrauit.  
Proinde ualde piculosum est si Principes Chri-  
stiani hanc sanctam expeditionem neglexerint  
ne rursus ciuilibus bellis & priuatis odiis im-  
pliciti / aut luxui & uoluptatibus imersi in perpe-  
tuā damnationem labant̄. Utilis igitur est hæc  
sancta expeditio / ut & a peccatis ac uitiis abstine-  
amus: & ut optima opera facientes proculdubio  
perueniamus ad gloriam sempiternam. Cæterū  
q̄ta ac qualia bona temporalia / q̄ ampla dominia  
& regna ex hac expeditione assequi possimus: &  
præsertim terram illam quā deus populo Israeli

cel. 33  
c. 16

33. e.

tico colendā promisit: lacte & melle/ id est omni  
 bus quæ dulcia homini & suauia sunt/ affluen-  
 tem: consulto prætereo. Quippe incōueniens est  
 ut uir Christianus/ qui cælestia tota mente affe-  
 ctat: temporalibus & caducis rebus moueatur.  
 Quod Beatus Ioannes in epistola asserit dicens:  
 Nolite diligere mundū neq; ea quæ in mundo  
 sunt: si quis diligit mundū non est caritas patris  
 in eo: quoniā omne quod est in mundo concupi-  
 scentia carnis est. Sed illud religiosos Christia-  
 nos omni affectu dec& concupiscere/ ut terra san-  
 cta diuino auxilio recuperata: atq; inde omni Sar-  
 racenorum spurcitiæ eiec̄ta/ ad consolatinem cor-  
 porum/ & animarum salutem/ libere possint ora-  
 re & contemplari in Bethelē: ubi dominus no-  
 ster Iesus Christus natus est: in Nazaret/ ubi nu-  
 tritus est: in Hierusalem/ ubi passus est: & in lo-  
 co illo sancto ubi sepultus a mortuis resurrexit.  
 Nemo autem reformidet quod quidam ex ma-  
 ioribus nostris hanc sanctam expeditionem ap-  
 petentes optatum finem aliquando non fuerūt  
 assequuti: nam ut sæpius Dominus nos admo-  
 net: Qui facit quod potuit legē adimpleuit. Vn-  
 de & p̄ Ezechielē inq̄t: Si tu annūtiaueris impio  
 & ille nō fuerit cōuersus/ ipse quidem in impie-  
 tate sua morietur: tu aut̄ animā tuam liberaſti.  
 Sufficit igitur si (q̄tum in nobis est) huic sancte

h'alia uo  
 uo uo uo

1.3. om. 2

c. 3. uo uo

*Joan. 19.*

*Joan. 6.*

*30.*

*q̄re bo<sup>a</sup> de side  
tia nō cōpleat.*

*roma. 11.*

*ps. 35*

*Cap. 20.*

*Josue 7.*

*C. 30*

expeditioni incumbamus: nec est alia huius ope  
ris consumatio/ seu perfectio necessaria: cum pfi  
cere non sit in hominis potestate/ ut Euāgelium  
testatur dicēs: Non potest homo accipere quicq̄  
nisi ei datū fuerit de cælo. Et iterū: Quia sine me  
nihil potestis facere. Et Propheta ait: Nisi domi  
nus ædificauerit domū/ inuanū laborauerunt q̄  
ædificāt eam. Nec admiretur quispiā qđ omni  
potens deus bona incæpta/ & iusta desideria ho  
minū nō semper perficiat: nam ut Aplūs asserit/  
iudicia dei incomprehensibilia sunt/ & inuestiga  
biles uia eius. Et Propheta: Iustitia tua sicut  
montes iudicia tua abissus multa. Sed & in li  
bro Iudicū legimus/ populū Israeliticum ad pu  
gnam contra tribū Benjamin iussu dei egressum  
ammissis primo prælio. xxii. M. hoīm/ & secun  
do. xviii. M. nō nisi tertio prælio uictorem exti  
tisse: cæsis oībus de tribu Benjamin sexcentis ex  
captis. Igitur quīs aliqui ex maioribus nostris  
nō potuerint hanc sanctā expeditionem p̄ficere:  
nō ideo minus eam nos cū diuino auxilio cōple  
re prohibemur. Vex̄ credibile est aliqđ peccatū  
tunc inter Christianos existēs/ illi maiorū nostro  
rum expeditiōi obstitisse. Inquit. n. dñs ad Iosue:  
Non poterit Israel stare ante hostes suos/ eosq̄ fu  
giet quia pollutus est. Et p̄ Hyeremiā: Plaga ini  
mici percussit te castigatione crudeli p̄pter mul

*1. l. u. a. 3  
ex. 14.*

*3.*

*Grilos. 90. C. ad p. l. m. p. p. v. n. i. n. l. n. o. c. e. s.*

titudinem iniquitatis tuæ. Et in Leuitico: Si nõ  
feceritis mandata mea / ponã faciẽ meã cõtra uos  
& corruetis corã hostibus uestris / & fugietis ne  
mine psequente. Hinc beatus Hieronymus ad  
Heliodorũ epũ scribit: Nostris peccatis barbari  
fortes sunt: nostris uitiis Christianorũ superatur  
exercitus. Et post pauca subdit: Amputemus cau  
sas morbi & morbus pariter auferet. Et Veritas  
in euangelio ait: Eiice primũ trabẽ de oculo tuo  
& tũc uidebis eiicere festucã de oculo fratris tui.  
Nec. n. in robore exercitus aut in armorũ præsi  
dio sperandũ est: sed in oĩpotenti deo: cum Pro  
pheta dicat: Da nobis auxiliũ de tribulatiõẽ / qa  
uana salus hoĩs. Et iteꝝ: Nisi dñs custodierit ciui  
tatẽ / frustra uigilat qui custodit eam. Et in alio  
loco: nec. n. in gladio suo possederũt terrã / & bra  
chiũ eorũ nõ saluauit eos: sed dextera tua & bra  
chium tuũ / quoniã cõplacuiisti in eis. Et in libro  
Regũ legimus: Quia non in gladio nec in hasta  
saluat dominus: ipsius enĩ est bellum. unde nec  
hostibus Machabeorum / nec Goliath / nec Phara  
oni in mari summerso / nec plerisq; aliis magnitu  
do exercituũ / multitudo quadrigarũ / & armorũ  
fortitudo / pfuerũt: & in oĩbus historiis frequen  
tissime cõperimus uictores a uictis supatos: ma  
ximosq; & fortissimos exercitus ob leuissimas  
causas / & uarios casus fugatos caesosq; esse: qbus

.c. 26.

to. 1. c. pl. 1

in m. 5. 6.

p. c. 57.

126

43.

1. 249. 17.

cl. 37

*1. uar. 14.*

*Judi. 7.*

abunde instruimur uictoriã nõ esse in sapientia  
aut fortitudine hoim: sed in manu omnipotētis  
dei/ q̄ exaudit sperātes in se: & custodientes man  
data eius. Qd̄ & liber Exodi ostendit dicens: Cũ  
eleuaret Moyses manus uincebat Israel: si autem  
paululũ remisisset superabat Amalech. Et in Le  
uitico dñs inquit: Si in præceptis meis ambula  
ueritis gladius nõ transibit terminos uestros: p̄  
sequemini inimicos uestros & corruent corã uo  
bis: p̄sequentur quinq; de uostris centũ alienos/  
& centũ de uobis decem milia. Est igitur in no  
stra potestate debellare imanissimos hostes no  
minis Christiani: possumus nãq; cõuerti ad deũ  
in toto corde: & tunc ut Propheta ait in deo fa  
ciemus uirtutem: & ipse ad nihilum deducet ini  
micos nostros. Et Hieremias: Dñs aut̄ mecũ est  
tanq̄ bellator fortis: Idcirco qui persequunt̄ me  
cadent & infirmi erunt. Cauendum tamen uehe  
menter est ne fallamur dicentes: Iam cõuersi su  
mus nõne uides ieiunia/orõnes/ & sacrificia quæ  
cõtinue facimus: audite. n. quid de his absq; aliis  
operibus dicat Dominus per Isaiã: Quare ieiu  
nauimus & nõ aspexisti: humiliauimus aĩas no  
stras & nescisti: ecce in die ieiunii uestri inueni  
tur uoluntas uestra/ & oēs debitores uestros repe  
titis/ ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis & percu  
titis pugno impie. Et iterũ: Quo mihi multitudi

Exo. 17

L. 26

ps. 58

L. 20

no

Isay. 58

C. 1.

v2

102  
nem uictimarum uestrarum plenus sum ne offeratis  
ultra sacrificium frustra / incensum abominatio est  
mihi / calendas uestras / & solemnitates uestras odiuit  
aia mea: iniqui. n. sunt cetus uestri & manus uestrae san-  
guine plenae sunt: cum extenderitis manus uestras a-  
uertam oculos meos a uobis: & cum multiplicaueri-  
tis orationem non exaudiam. Et in euangelio ueri-  
tas inquit: Populus hic labiis me honorat cor autem  
eorum longe a me est: in uanum autem me colunt. Et iterum  
Ve uobis qui comeditis domos uiduarum: orationes  
longas orantes: propter hoc amplius accipietis iu-  
dicium. At si ad deum tota mente conuerti cupimus  
oportet ut ultra ieiunia orationes & sacrificia facia-  
mus ea quae deus per eundem prophetam docet dicentes:  
Lauamini / mundi estote / auferte malum cogitatio-  
nem uestram ab oculis meis: quescite agere per se / di-  
scite benefacere / quaerite iudicium / subuenite op-  
presso / iudicate pupillo / defendite uiduam. Et iterum  
Frangere esurienti panem tuum / & egenos uagosque in-  
duc in domum tuam: cum uideris nudum operi eum / &  
carnem tuam ne despexeris / tunc inuocabis me &  
exaudiam te dicit deus. Et in Euangelio dicitur quod  
diligere proximum tanquam seipsum maius est omnibus ho-  
locaustomatibus & sacrificiis. Et iterum: Sint lum-  
bi uestri praecincti & lucernae ardentes in manibus  
uestris. Inspicite obsecro maiores nostros toto cor-  
de conuersos / & a peccatis mundos in omnipotenti  
deo spem habentes / magnos exercitus parua ma-



omnem usq; ad Pirencos montes / Siciliam / Ma-  
 ioricā / Minoricā / Sardiniam depopulatas occu-  
 parunt. Transgressi deinde in Italiā / Genuā / Bez-  
 neuentū / & plura alia loca suæ ditioni subegerūt  
 Post quæ urbē hāc Romā oppugnare adorti Sa-  
 cro sanctas Basilicas beatorū apostolorū Petri &  
 Pauli foedarūt / & prophanarunt: sedente Grego-  
 rio. iiii. Subinde aut cum iterū ad litus Romanū  
 magna cū classe applicuissent: beatissimo Leone  
 iiii. Romano exercitui præsidente fusi fugatiq;  
 sunt. At hodie carent classibus / armis & instru-  
 mentis bellicis: & nedū in Italia / Sicilia / Maiori-  
 ca / minorica / & Sardinia nil occupāt: Verū nouis-  
 sime serenissimi Hispaniæ reges eisdē oēm Be-  
 thicā (quam nos hodie regnū Granatæ appella-  
 mus) diuino auxilio suffulti & Sanctiss. dñi nr̄i  
 Innocētii beneficio adiuti abstulerūt: spretis (ut  
 decebat & cōfidētes in Christo) lr̄is / nuntiis / ac mi-  
 nis Solidani & Turcorū principis: Sed & serenif-  
 simus Portugaliæ Rex cū parua manu / traiecto  
 mari captis aliquibus oppidis Sarracenos Aphri-  
 cæ bello sollicitat / Rursus uidete Turcorū exerci-  
 tus: isti sunt q; ut uetera omittamus / ætate nostra  
 oēm Græciā / Epirum / & magnā partem Illirici /  
 expugnarunt. Germaniā quoq; / Italiā & uniuersam  
 Vngariā frequētissime terruerūt. Hodie ue-  
 ro exercitus ille olim inuictus a copiis Solidani

Grego. 4. tpe

Leo. 4

reges Hispanie

granata

rex portu

exercitus

græcia

epirus

illirici

Reges  
 catholici  
 Hispanie  
 f. 108. b.

fere inermibus saepius fufus fugatusq; est: adeo  
ut oem bellicam uirtutem ammisisse uideant. Co-  
siderate insup huc Zizimū: quem Sanctiss. dñs  
noster magna cū impensa in suā potestatem re-  
degit. Hic est ille magni Turci p̄defuncti filius:  
quem pater ob eius ingeniū/audaciā & fortitudi-  
nem mirifice diligebat: & post se regni designa-  
uerat successorem. Hic est inq; ille Turci istius/  
q nunc regnū possidet/frater: quem oīs Turcorū  
grex diligit/cupit & affectat. Hic ē ille quē Tur-  
corū tyrannus timet & reformidat: uelut sibi exi-  
tialē pestē. Deniq; iste est q si hanc sanctā expe-  
ditionem sumpsertis cōtra illā immanissimā be-  
stiam/uobiscū aderit: nō quidem ut uobis profi-  
ciat/sed ut rem suā agat. Vos aut ex eorū odio fa-  
cile magnū cōmodū assequemini: cū & Heracli-  
us Romanorū Impator Coldroā Persarū regē cū  
filio Sirochis dissidentem: eodē Sirochi patri re-  
bellante regno & uita priuauerit: & neminē latē-  
tū præsidiū in Aphrica Romanis Massinissa  
præstiterit: & nouissime Hispaniarū regibus/dif-  
cordia quæ iter illos Bethicæ regulos uersa fuit.  
Animaduertite igit qd oīa hostibus uestris ad-  
uersa/uobis aut prospera & felicia deus dedit. Iā  
enim fere inter oēs Christifideles/ dño disponēte  
pax est cōposita. Nihil igit supest: nisi ut ad deū  
tota mente conuersi/a peccatis mundi/in diuina

ex odio sub  
se inos 607  
qu

massinissa

no

ad deuoray

potentia oēm spem nostram collocantes: iunctis  
 uiribus, Turcis bellū inferamus: ut iuxta testi- *math. 12.*  
 moniū Euangelii regnū illud diuisum desolet.  
 Ipsos quoq; arma & potentiā in ipsos conuerta-  
 mus: Qd si hanc occasionē rei benegerendæ omi-  
 feritis, & causam Christi imo uestram neglexeri-  
 tis, ocio, uoluptatibus, ac ciuilibus bellis, & pri-  
 uatis odiis insistentes Sanctiss. dñs noster pro ar-  
 denti suo affectu in populū Christianū, oblitus  
 suæ dignitatis, ibit, circūibit, apprehēdet, genua  
 christianorū principū: orabit, obsecrabit, instabit  
 oportune & importune, iuxta doctrinā Apostoli,  
 ut causam fidei: imo priuatā oīum Christianorū  
 amplectantur & tueantur. Qd si nec sic resipuerint  
 audiant quid eis cōminetur dñs per Osee pro- *c. 4*  
 phetā: Populus. n. tuus sicut hi qui contradicūt  
 sacerdoti, & corruet hodie, & corruet etiā pphē-  
 ta tecū. Et in libro Paralipomenon: Subsanna- *2. 2. 36.*  
 bant nuntios dei & paruipēdebāt sermones eius  
 donec ascenderet furor dñi in populū eius & es-  
 set nulla curatio. Vnde uerendū est: uerendū in-  
 quā est (Horret aīus dicere sed ueritas cogit) ne  
 descendat ira dei sup nos. Dñs in Euangelio cla- *math. 3. 7*  
 mat: Oīs arbor quæ nō facit fructū bonū excide- *math. 21*  
 tur & in ignem mittet. Et iterū: Auferetur a uo-  
 bis regnū dei & dabitur genti facienti fructū eius  
 Et per Micheā prophetā: Audite hoc principes

domus Israel/qui abominamini iudicium:& oia  
recta pueritis:& super dñm requiescitis dicētes:  
Nunquid nō dñs in medio nr̄m/nō uenient su-  
per nos mala/pp̄ter hoc causa uestri Sion quasi  
ager arabit:& Hierusalē quasi aceruus lapidum  
erit. Et in libro Paralipomenon: Si auersi fueritis  
& dereliqueritis iustitias meas/euellā uos de ter-  
ra mea quā dedi uobis:& domū hanc quam ædi-  
ficaui nomini meo proiciā a facie mea/ & tradā  
eam in parabolā/ & in exemplū cūctis populis.  
Quā horribilem sententiā Christiani corū pec-  
catis promerentibus/sæpius iā p̄pessi sunt. Tem-  
porib⁹ enim beati Hieronymi (ut ipse ad Euan-  
drū scribit & in historiis legitur) Africa & Per-  
sia & barbaræ nationes unū Christū adorabāt.  
Constat nanq; (ut de cæteris uelut notioribus ta-  
ceā) qd̄ anno Dñi. D. C. Lxxx. sedente Vitaliano  
Pont. rex Persarū cū. xL. M. hoīm baptismū su-  
scæpit. At hodie (pro nephas) nihil possidemus  
in Africa/nihil in Perside/nihil in Iudea: imo  
his cladibus/diebus nostris oēm Græciā/& ma-  
gnā partem Epiri/ & Illirici/adiēcimus: Italiam  
quoq; Vngariā/ & Germaniam sæpe tremētes  
& fere amissas uidimus. Iam Christiani in quo-  
dā (ut ita dixerim) Europæ angulo oppressi cō-  
cluduntur. Qua propter si obstinato animo cari-  
tatem in proximos/& dilectionem in deū negle-

2. 2. 7

huc ad u  
sunt

pp̄ Vitaliano  
L. 80.

huc potis  
207

xeritis: Imitātes illos quos deus feroci infidelium  
 gladio dispsit & euulsit: necesse est ut stantibus  
 eisdem causis sequantur iidem effectus, ut testat̃  
 Beatus Petrus in actibus apostolorum dicēs: In ue  
 ritate comperi q̃a nō est acceptor psonarum de  
 us. Et Apostolus ad Romanos: Vide seueritate  
 dei in eos quidem q̃ ceciderūt, in te aut̃ bonitatē  
 si in bonitate p̃sinaferis, alioquin & tu excideris.  
 Et Dominus in Leuitico inquit: Omnes execra  
 tiones istas fecerūt accolæ terræ qui fuerūt ante  
 uos & polluerunt eam. Cauete ergo ne & uos si  
 militer euomat, cū paria feceritis. Igitur si obsti  
 nati in peccatis (uelut illi) perstiterimus: Turci  
 aut Sarraceni, compositis eorū dissidiis, nos ocio  
 & uoluptatibus imersos, aut ciuilibus bellis im  
 plicitos, inuadent, diripient, uastabunt. Heu ui  
 deo iam depopulationes agrorū, direptiones & in  
 cendia urbiū: Video ecclesias sanctas dei igne &  
 ferro coinquinatas uastari: Video sacerdotes &  
 militares uiros pauore & formidine plenos, quo  
 se uertant ignorare: Video mulieres scissis crini  
 bus ante ora parentum & maritorū, tensis ad cæ  
 lum palmis uociferantes, præsidiū flagitare: Vi  
 deo immanissimos barbaros uxores ab amplexu  
 uiroꝝ, & liberos ab amplexu parentū ui & armis  
 euellere. Video uulnera, cædes & mortes horri  
 biles: Video miserabilium Christianorū turbas

act. 10

rom. ii.

c. 20

Castro turci

catenis ferreis alligatas. Video nobiles adolescen-  
tes & puellas post turpissima stupra in durissi-  
mā seruitutem a spurcissimis hostibus trahi. Vi-  
deo abnegationes sacrosanctæ legis Christianæ  
& Christianorū circūcisiones. Video alia multa  
horrenda & tremenda mala quæ & dicere & co-  
gitare refugit animus. Verū unū inter oīa pessi-  
mū aīaduerto: Nam propter negligentiam & desi-  
diam nrām nedū gloriā & regna a nostris maio-  
ribus parta cū dedecore & ppetuā infamia am-  
mitteremus: sed etiā in profundo infernalis uora-  
ginis demergemur. Absint hæc a uobis obsecro:  
expergiscimini: expergiscimini ocius: imitemini se-  
renissimos Hispaniarū & Portugalix reges: qui  
assiduas uictorias ex Christi hostibus reportant:  
Emulemini eos bona emulatione: nō patiamini  
gloriā nominis Christiani esse apud ipsos solos:  
efficiamini & uos participes tantæ gloriæ: Remi-  
niscamini quæso Gottifredi, Balduini, Vgonis  
magni, Boemundi, Corradi, Federici, Ludouici,  
Philippi & Ricardi quorū supra mentionem fæ-  
cimus: & cæterorū illustriū principum qui hanc  
sanctā expeditionem magnis affectibus inierūt.  
Mementote quoq; Io. Hunniadis seu Vauioda  
serenissimi Matthiæ moderni regis Hungariæ  
genitoris, cuius memoriā ob maximas acceptas  
clades etiā hodie Turci reformidant. O inuicti

ut juet. p.  
vra. f. 103.

Germani ubi sunt uictoriae quas superioribus æta-  
 tibus frequentissime reportastis? O Christianis-  
 simi Galli/ubi est eximius zelus fidei quo eccle-  
 siæ Romanæ & sancto illi sepulchro dñi nostri  
 Iesu Christi præsidium sæpius attulistis? O incliti  
 Itali/ubi sunt illa mirabilia gesta uĩa omni me-  
 moria digna? O fortissimi Pannoni ubi sunt uĩ-  
 res uestræ/quibus frequenter exercitus Turcorum  
 attriuitis? O insignes Poloni/ubi est magnitu-  
 do animi illius Vuladislai qui cum paruo glo-  
 bo Amuratem Turcorum principem maximis co-  
 piis stipatũ intra ipsam munitiõez castroꝝ sum-  
 ma cũ uirtute aggressus est? O strenuissimi An-  
 gli & Scoti/ubi est fortitudo uestra qua sæpe  
 Saladinũ Babiloniæ principẽ terruistis? Omnes  
 uos in ciuilibus bellis (pro dolor) debacchati estis:  
 in proximos/in fratres uestros/in uiscera uestra  
 arma intulistis. Vbi igitur est gloria uestra? ubi  
 nomen & fama? ubi arma uictoria? ubi caritas  
 erga patriã? ubi fides? quã omnipotenti deo in sa-  
 cro baptisate promisistis: ubi deniq; est dile-  
 ctio proximi? & amor dei? in quibus ois lex euã-  
 gelica cõsistit. Qd usq; nunc expugnastis uestrũ  
 tuit sanguine proximorum & fratrum uĩõꝝ aspersi  
 & maculati estis. Resipiscite iam resipiscite inq;  
 cõuertimini ad deũ in toto corde:lauamini:mun-  
 di estote:diligite deum; fouete uos inuicẽ: Et sic

pro defensione proximorum: pro gloria: pro patria:  
pro uita æterna: aduersus spurcissimos hostes/ cõ  
muni cõsilio/ iunctis uiribus/ dimiccate: quos ma  
iores uestri sæpius superarunt. Irruite in eos in  
nomine Saluatoris nostri Iesu Christi: persequi  
mini: sternite: iam labant inter seipso dissiden  
tes: iam propriis armis conteruntur: quid statis?  
quid moramini? memores estote eorũ quæ gesse  
runt maiores uestri: recuperate & uos ciuitatem  
illam sanctã Hierosolimã: sacrosanctum sepul  
chrũ Saluatoris nostri: & alias patriarchales ci  
uitates: & cætera loca nominis Christiani/ quæ  
spurcissimi infideles cũ magna ignominia ue  
stra tanto tempore detinēt occupata: Eripite pro  
ximos uestros ex faucibus immanissimorũ hostiũ:  
Conuertite quãtum in uobis est barbaros oēs ad fi  
dem Christi: Relinqte posteris hæc gesta omni  
laude & imitatione digna: Et sic ad cælestem Pa  
triam/ obuiantibus uobis choris angelorũ aduo  
late. Quod sua misericordia concedat/ qui est tri  
nus & unus per infinita secula seculorũ. Amen.

L\_A\_V\_S . D\_E\_O .